

syriorum sicut singulis annis solu-
 tus erat: obsedit eum et uictum mi-
 sit in carcerem. Peruagatusq; est
 omnē terram: et ascendens sama-
 riam. obsedit eam trib; annis. An-
 no autē nono osē. cepit rex assyriorū sa-
 maria. et transtulit isrl̄ in assyrios:
 posuitq; eos in ala et in abor iuxta
 fluum gozam in ciuitatib; me-
 dorum. Factum est enī cum peccas-
 sent filij isrl̄ dño deo suo qui edu-
 xerat eos de terra egypti de manu
 pharaonis regis egypti: et coluerūt
 deos alienos. et ambulauerunt iuxta
 ritum gentium quas conspserat do-
 minus in conspectu filiorum israhel.
 et regum isrl̄ quia similiter fecerāt.
 Et operuerunt filij isrl̄ uerbis non
 rectis dñm deum suum: et edificaue-
 runt sibi excelsa in cunctis urbibus
 suis: a turre custodiū usq; ad ciuita-
 tem munitam. Feceruntq; sibi statu-
 as et lucos in omni colle sublimi. et
 subter omne lignum nemorosum:
 et adolebant ibi incensum sup aras
 in moram gentium quas transtule-
 rat dñs a facie eorum. Feceruntq;
 uerba pessima irritantes dñm: et
 coluerunt immunditias de quib;
 precepit dñs eis ne fecerent uerbū
 hoc. Et testificatus est dñs in isrl̄
 et in iuda p̄ manum omnium pro-
 phetarum et uidentium: dicens.
 Reuertimini a uis uis pessimis:
 et custodite precepta mea et cerimo-
 nias iuxta omnē legem quā prece-
 pi patrib; ur̄is. et sicut misi ad uos
 in manu seruorum meorū ipharū.

Qui non audierunt sed induraue-
 runt ceruicem suam iuxta ceruicē
 patrū suorum qui noluerunt obe-
 dire dño deo suo: et abiecerunt le-
 gitima eius. et pactum quod pepi-
 git cum patrib; eorum. et testifica-
 tiones quib; contestatus est eos. Se-
 quuntq; sūt uanitates et uane ege-
 runt: et sequuti sunt gentes que
 erant per circuitū eorum. sup quib;
 preceperat dñs eis ut non facerent
 sicut et illę faciebant. Et derelique-
 runt omnia precepta dñi dei sui: fe-
 ceruntq; sibi conflatiles duos uitu-
 los. et lucos. et adorauerunt uniuersam
 militiam celi. Seruieruntq; ba-
 al. et consecrabant ei filios suos et
 filias p̄ ignem. et diuinationib; in-
 seruebant et augurijs: et tradide-
 runt se ut facerent malum coram
 dño et irritarent eum. Iratusq; est
 dñs uehementer israheli. et abstulit
 eos de conspectu suo: et non reman-
 sit nisi trib; iuda tantummodo.
 Sed nec ipse iuda custodiuit man-
 data dñi dei sui: ueruntamen am-
 bulauit in errorib; isrl̄ quos opat̄
 fuerat. Proiecitq; dñs omne semen
 isrl̄ et afflixit eos et tradidit in ma-
 nu diripientium. donec pieceret eos
 a facie sua: ex eo iam tempore quo
 scissus est isrl̄ a domo dauid. et con-
 stituerūt sibi regem hieroboam fili-
 um nabath. Separauit enī hierobo-
 am isrl̄ a dño: et peccare eos fecit
 peccatum magnum. Et ambulaue-
 runt filij isrl̄ in uniuersis peccatis
 hieroboam que fecerat: non reces-

serunt ab eis usquequo auferret dñs
 isrl' a facie sua. sicut loquutus fue-
 rat in manu omnium seruatorum
 suoru ppharum. Translatusq; est
 isrl' de terra sua in assyrios: usq;
 in diem hanc. Adduxit autē rex
 assyrioru de babilone et de chu-
 tha. et de haiath. et de emath. et de
 sepharuaim. et collocauit eos in ci-
 uitatib; samarie pro filiis isrl'. qui
 possiderunt samariam et habita-
 uerunt in urbib; eius. Cumq; ibi
 habitare cepissent: non timebant
 dñm. Et misit eis dñs leones: qui
 interficiebant eos. Nuntiatumq;
 est regi assyriorum: et dictum. Gen-
 tes quas transtulisti et habitare fe-
 cisti in ciuitatib; samarie. ignorāt
 legitima dei terre: et immisit in
 eis dñs leones. et ecce interficiunt
 eos. eo quod ignorant ritum dei
 terre. Precepit autē rex assyrioru:
 dicens. Ducite illuc unum de sa-
 cerdotib; quos inde captiuos addu-
 xistis: et uadat et habitet cū eis.
 et doceat eos legitima dei terre.
 Igitur cum uenisset unus de sacer-
 dotib; his qui captiuo duco fue-
 rant de samaria. habitauit in
 bethel: et docebat eos quomodo
 colerent dñm. Et una queq; gens
 fabricata est deum suum: posue-
 runtq; eos in fanis excelsis que fe-
 cerant samarite. gens et gens in
 urbib; suis in quib; habitabant.
 Viri enī babilonij: fecerunt sochoth
 benoth. Viri autem chutheni: fece-
 runt nergel. Et uiri de emath:

fecerunt asima. Porro euq; fecerunt
 nebaaz. et tharthac. Hi autē qui
 erant de sepharuaim. comburebāt
 filios suos igni. ad ramelech et ana-
 melech dijs sepharuaim: et nichilo-
 minus colebant dñm. Fecerunt au-
 tem sibi de nouissimis sacerdotes ex-
 celsorum: et ponebant eos in fanis
 sullimibus. Et cum dñm colerent:
 dijs quoq; suis seuebant iuxta con-
 suetudinem gentium de quib; trans-
 lati fuerant samariam. Usq; impre-
 sentem diem: more secuntur antiquū.
 Non timent dñm neq; custodiunt
 ceremonias eius et iudicia. et legem.
 et mandatum quod preceperat dñs
 filiis iacob que cognominauit isrl':
 et percusserat cum eis pactum. et man-
 dauerat eis dicens. Nolite timere de-
 os alienos. et non adoretis eos neq;
 colatis. et non immoletis eis: sed dñm
 deum ur̄m qui eduxit uos de terra
 egyp̄ti in fortitudine magna et in
 brachio extenso. ipsum timeate. et
 illum adoreate: et ipsi immolate.
 Cerimonias quoq; et iudicia. et le-
 gem. et mandatum qđ scripsit uo-
 bis custodite. ut faciatis cunctis dieb;
 et non timeatis deos alienos. Et pa-
 ctum quod percussi uobiscum nolite
 obliuisci. nec colatis deos alienos:
 sed dñm deum ur̄m timeate. et ipse
 eruet uos de manu omniū inimico-
 rum ur̄orum. Illi uero non audie-
 runt: sed iuxta consuetudinem
 suam pristinam perpetrabant.
 Fuerunt igitur gentes iste timentes
 quidem dñm: sed nichilominus

et idolis seruientes. Nam et filij eorum et nepotes sicut fecerunt patres sui: ita faciunt usq; in presentem diem.

Anno tertio osee filij hela regis isrl: regnauit ezechias filius achaz regis iuda. Viginti quinq; annoru erat cum regnare cepisset: et uiginti et nouem annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius abi: filia zacharie. Fecitq; quod erat bonu coram dno: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa et contriuit statuas. et succidit lucos: confregitq; serpentem eremum quem fecerat moyses. Siq; dem usq; ad illud tempus filij isrl adolebant ei incensum: uocauitq; eum noesthan. In dno deo isrl sperauit. Itaq; post eum non fuit similis ei de cunctis regib; iuda: sed neq; in his qui ante eum fuerunt. Et adhesit dno et non recessit a uestigij eius: fecitq; mandata eius que preceperat dñs moysi. Vnde et erat dñs cum eo: et in cunctis ad que procedebat sapienter se agebat. Rebellaui quoq; contra regem assyrioru: et non seruiuit ei. Ipse percussit phylisteos usq; gazam et omnes terminos eoru: a turre custodum usq; ad ciuitate munitam. Anno quarto regis ezechie qui erat annus septimus osee filij hela regis isrl. ascendit salmansar rex assyrioru samariam: et oppugnauit eam et cepit. Nam post annos tres. anno sexto ezechie id

septimo

est nono anno osee regis isrl capta est samaria: et transfudit rex assyriorum isrl in assyrios. collocauitq; eos in hala et in abor fluuijs gozam. in ciuitatibus medoru. quia non audierunt uocem dñi dei sui. sed pregressi sunt pactum eius. Omnia que preceperat moyses seruus dñi non audierunt: neq; fecerunt. Anno quartodecimo regis ezechie. ascendit semmacherib rex assyrioru ad uniuersas ciuitates iuda munitas: et cepit eas. Tunc misit ezechias rex iuda nuntios ad regem assyriorum lachis: dicens. Peccauit. recede a me: et omne quod impoueris michi seram. Indixit itaq; rex assyriorum ezechie regi iude trecenta talenta argenti: et triginta talenta auri. Deditq; ezechias omne argentum quod repletum fuerat in domo dñi: et in thesauris regij. In tempore illo confregit ezechias uallas templi dñi et lamminas auri quas ipse affixerat: et dedit eas regi assyriorum. Misit autem rex assyriorum tharthan. et rabsaris. et rabsacen. de lachis ad ezechiam regem cum manu ualida: hierusalem. Qui cum ascendissent. uenerunt hierusalem et steterunt iuxta aque ductu piscine superioris que est in uia agri fullonis: uocaueruntq; regem. Egressus est autem ad eos etiachim filius helchie prepositus domus. et sobna scriba: et ioe filius asaph a commentarijs. Dixitq; ad eos rabsaces. Loqui

mini ezechie. Hec dicit rex magnus:
 rex assyriorum. Que est ista fiducia
 qua ueris? Forsitan in ista consiliu:
 ut prepares te ad prelium. In quo
 confidis ut audeas rebellare? An spe
 ras in baculo harundineo atq; confia
 do egypto. sup que si incubuerit ho
 mo comminutus ingreditur manu
 eius et pforabit eam: Sic est pharao
 rex egypti: omnib; qui confidunt
 in eum. Quod si dixeritis michi in
 dno deo nro habemus fiduciam:
 nonne iste est cuius abstulit ezechi
 as excelsa et altaria. et precepit iu
 de et hierusalem ante altare hoc
 adorabitis in hierusalem? Nunc
 igitur transite ad dnm meum regem
 assyriorum. et dabo uobis duo mi
 lia equorum: et uidete an habere ua
 leatis ascensores. Et quomodo
 potestis resistere ante unum sacra
 pam de seruis dni mei minimis?
 An fiduciam habes in egypto ppter
 currus et equos? Nunquid sine
 dni uoluntate ascendi ad locum
 istum ut demoliret eum? Dns
 dixit michi: ascende ad terram
 hanc et demolire eam. Dixerunt
 autem ezechiam filius elchie et som
 na et iohes: rapsaci. Precamur ut
 loquaris nobis seruis tuis syriace
 siquidem intelligimus hanc lin
 guam: et non loquaris nobis iuda
 ice audiente populo qui est super
 murum. Responditq; ei rapsaces
 dicens. Numquid ad dnm tuum
 et ad te misit me dns meus ut lo
 querer sermone hos. et non ad ui

ros qui sedent sup murum ut come
 dant stercore sua. et bibant urinam
 suam uobiscum? Stetit itaq; rapsa
 ces et clamauit uoce magna iudaice:
 et ait. Audite uerba regis magni:
 regis assyriorum. Hec dicit rex. Non
 uos seduca ezechias non enim poterit
 eruere uos de manu mea: neq; fidu
 ciam uobis tribuat sup dnm dicens.
 eruens liberabit nos dns et non tra
 detur ciuitas hec in manu regis assy
 rorum. Nolite audire ezechiam.
 Hec enim dicit rex assyriorum. Fac
 te mecum quod uobis est uale. Egred
 imini ad me: et comedet unusquisq;
 de uinea sua et de ficu sua. et bibetis
 aquas de cisternis uris donec ueni
 am et transferam uos in terram que
 similis terre est ure. in terram fru
 ctiferam et ferilem uini. terram
 panis et uinearum. terram oliua
 rum et olei ac mellis. et uiuetis et
 non moriemini. Nolite audire eze
 chiam qui uos decipit decipit di
 cens: dns liberabit nos. Numquid
 liberauerunt dii gentium terra su
 am de manu regis assyriorum? Vbi
 est deus emath et arphat? Vbi est ds
 sepharuam ana et aua? Nunquid
 liberauerunt samariam de manu
 mea? Qui nam illi sunt in uniuersis
 diis terrarum qui eruerunt re
 gionem suam de manu mea. ut pos
 sit eruere dns hierusalem de manu
 mea? Tacuit itaq; populus: et non
 respondit ei quicquam. Siquidem
 preceptum regis acceperant: ut non
 responderent ei. Venitq; ezechiam

filius elchic prepositus domus. et som-
 na scriba. et ioabe filius asaph acom-
 mentarij ad ezechiam scripsit uestib;
 et nuntiauerunt ei uerba rapsacis.
 Que cum audisset rex ezechias sci-
 dit uestimenta sua: et opus est sac-
 co. Ingressusq; est in domum dñi:
 et misit eliachim prepositum domus
 et sobnam scribam. et senes ~~de~~ do-
 ctibus optos sacris ad ysaiam prophe-
 tam filium amos. Qui dixerunt.
 Hec dicit ezechias. Dies tribulatio-
 nis et increpationis et blasphemie:
 dies iste. Venerunt filij usq; ad par-
 tum: et uires non habet parturient.
 Si forte audiat dñs deus tuus uni-
 uersa uerba rapsacis. que misit rex
 assyriorum dñs suus ut exprobra-
 ret deum uiuentem. et argueret uer-
 bis. que audiuit dñs deus tuus: et
 fac orationem pro reliquijs que rep-
 te sunt. Venerunt ergo serui regis
 ezechie ad ysaiam. Dixitq; eis ysai-
 as. Hec dicit dño uro. Hec dicit
 dñs. Nolite timere a facie sermo-
 num quos audistis: quib; blasphe-
 mauerunt pueri regis assyriorum
 me. Ecce ego imittam ei spm et
 audiet nuncium et reuertetur in
 terram suam: et deciam eum gla-
 dio in terra sua. Reuersus est igit
 rapsaces: et inuenit regem assyri-
 orum expugnantem lobnam. Au-
 dierat enim quod recessisset de la-
 chis. Cumq; audisset detharacha
 rege ethiope dicentes. ecce egressus
 est ut pugnet aduersum te et uet
 contra eum: misit nuntios ad eze-

chiam dicens. Hec dicite ezechie re-
 gi iude. Non te seducat deus tuus
 in quo habes fiduciam: neq; dicas
 non tradetur iherusalem in manu
 regis assyriorum. Tu enim ipse audi-
 sti que fecerunt reges assyriorum uni-
 uersis terris: quomodo uastauerunt
 eas. Num ergo solus poteris liberari:
 Numquid liberauerunt dii gentium
 singulos quos uastauerunt patres
 mei gozan uidelicet et aran. et re-
 seph. et filios eden qui erant in the-
 lassar: Vbi est rex emath et rex ar-
 phat. et rex quitanis sepbaruam.
 ana et aua: Itaq; cum accepisset
 ezechias litteras de manu nuntioꝝ
 et legisset eas: ascendit in domum
 dñi et expandit eas coram dño. et
 orauit in conspectu eius dicens. Dñe
 deus isrl qui sedes sup cherubim. tu
 es deus solus omnium regum terre.
 tu fecisti celum et terram: in clina
 autem tuam et audi. a p dñe oculo-
 los tuos et uide. et audi omnia uer-
 ba sennacherib. qui misit ut expro-
 braret nobis deum uiuentem. Vere
 dñe dissipauerunt reges assyrioꝝ
 gentes et terras omnium. et mise-
 runt deos eorum in ignem. non enim
 erant dii sed opa manuū hominū
 ex ligno et lapide: et pdiderunt
 eos. Nunc igitur dñe deus noster
 saluos nos fac de manu eorū: ut
 sciant omnia regna terre. quia tu
 es dñs deus solus. Misit itaq; ysai-
 as filius amos ad ezechiam: dicens.
 Hec dicit dñs deus isrl. Que depre-
 catus es me sup sennacherib rege

assyrionum: audiui. Iste est sermo quem loquutus est dñs de eo. Spreuit te et subsannauit te uirgo filia syon: post tergum tuum caput mouit filia hierusalem. Cui expbraisti et quem blasphemasti: Contra quem exaltasti uocem tuam. et eleuasti in excelsum oculos tuos: Contra sanctum isrl. Per manum seruoꝝ tuoꝝ exprobraisti dño: et dixisti. In multitudine curruum meoꝝ ascendisti excelsa montium. in summitate libani. et succidi succides cedros eius. electas abietes eius: et ingressus sum usq; ad terminos eiꝝ. Saltum carmeli eius ego succidi. et bibi aquas alienas: et siccaui uestrigis pedum meorum omnes aqꝫ clausas. Numquid non audisti quid ab initio fecerim: Ex diebus antiquis plasmaui illud: et nunc adduxi. Et suntq; in ruinã collium pugnantium ciuitates munitę: et qui sedent in eis humiles manu. contemuerunt et confusi sũt. Facti sunt quasi fenum agri et uirens herba tectorum: que arefacta est antequã ueniret ad maturitatem. Habitaculum tuum et egressum et introitũ et uiam tuã ego prescui: et furorem tuum contra me. Insanisti me: et supbia tua ascendit in aures meas. Pona itaq; circulum in narib; tuis. et chamũ in labijs tuis: et reducam te in uiam p quam uenisti. Tibi autem ezechia hoc erit signum. Come de hoc anno quod repereris: in

scdo autem anno que sponte nascuntur. Porro anno tertio seminate et metite: plantate uineas. et comedite fructum earum. Et quodcumq; reliquum fuerit de domo iuda. mittet radicem deorsum: et faciet fructum sursum. De hierusalem quippe egredientur reliquię: et qđ saluetur de monte syon. Zelus dñi exercituum: faciet hoc. Quamobrem hec dicit dñs de rege assyrionum. Non ingredietur urbem hanc. nec mittet in eam sagittam: nec occupabit eam clypeus. nec circumdabit eam munitio. Per uiam qua uenit reuertetur: et ciuitatem hanc non ingredietur dicit dñs. Protegamq; urbem hanc et saluabo eam: ppter me et ppter dauid seruum meum. Factum est igitur in nocte illa uenit angelus dñi et percussit castra assyrionum centum octoginta quinq; milia. Cumq; diluculo surrexisset uidit omnia corpora mortuoꝝ. et recedens et abiit et reuersus est sennacherib rex assyrionum: et mansit in nimue. Cumq; adoraret in templo nesrac deum suum: ad remelech et sarasar filij eius percusserunt eũ gladio. fugeruntq; in terram armenozum. Et regnauit eseraddon filius eius pro eo.

In diebus illis: egrotauit ezechias usq; ad mortem. Et uenit ad eum ysaias filius amos pphetes: dixitq; ei. hec dicit dñs deus. Precepe domui tuę. Morieris enim: et non uiues. Qui conuertit faciem suam ad pa-

rictum: et orauit dñm. dicens. Ob-
 secro dñe memento quomodo am-
 bulauerim coram te in ueritate
 et in corde pfecto: et quod placitū
 est coram te fecerim. Fleuit itaq;
 ezechias fleu magno. Et antequā
 egredereur ysaiaſ mediam partē
 atrij: factus est sermo dñi ad eū
 dicens. Reuerte: et dic ezechie du-
 ci populi mei. Hec dicit dñs deus
 dauid patris tui. Audiui orationē
 tuam. uidi lacrimam tuam: et ecce
 sanauit te. Die tertio: ascendet tē-
 plum dñi. Et addam dieb; tuis qñ-
 decim annos. Sed et de manu regis
 assyriorum liberabo te et ciuitatē
 hanc: et peregiam urbem istam pp-
 ter me et pp̄ter dauid seruum me-
 um. Dixitq; ysaiaſ. Afferte massā
 ficorum. Quam cum attulissen et
 possuissent sup̄ ulcus eius: curat⁹
 est. Dixerat autem ezechia ad ysa-
 iam. Quod erit signum quia dñs
 me sanabit. et quia ascensurus
 sim die tertio templum dñi: Cui
 ait ysaiaſ. Hoc erit signum a dño:
 quod facturū sit dñs sermonem
 quem loquutus est. Vis ut ascen-
 dat umbra decem lineis. an ut
 reuertatur eodem gradibus: Et
 ait ezechias. Facile est umbram
 crescere decem lineis. Nec hoc uo-
 lo ut fiat: sed ut reuertatur retror-
 sum decem gradibus. Inuocauit
 itaq; ysaiaſ p̄pheta dñm: et redu-
 xit umbram p̄ lineas quib; iam des-
 cenderat in orologio achaz retror-
 sum decem gradib;. In tempore

illo misit merodac baladan filius
 baladan rex babiloniorum litteras
 et munera ad ezechiam. Audierat
 enī quod egrotasset ezechias. Leta-
 tus est autem in aduentu eorū eze-
 chias: et ostendit eis domū aroma-
 tum et aurum et argentum. et pi-
 gmenta uaria. unguenta quoq;
 et domū uasorum suorum et omnia
 que habere poterat in thesauris su-
 is. Non fuit quod non monstraret
 eis ezechias in domo sua: et in omni
 potestate sua. Uenit autē ysaiaſ
 p̄pha ad regem ezechiam: dixitq; ei.
 Quid dixerunt uiri isti aut unde
 uenerunt ad te: Cui ait ezechias.
 De terra longinqua uenerunt: de
 babilone. At ille respondit. Quid
 uiderunt in domo tua: Ait ezechi-
 as. Omnia quecumq; in domo mea
 sunt uiderunt. Nichil est quod
 non monstrauerim eis in thesau-
 ris meis. Dixit itaq; ysaiaſ ezechie.
 Audi sermonem dñi. Ecce dies ue-
 niunt et auferentur omnia que
 sunt in domo tua. et que condi-
 derunt patres tui usq; in diem hanc:
 in babilonem. Non remanebit q̄c-
 quam: ait dñs. Sed et de filiis tuis
 qui egredientur ex te quos gene-
 rabis tollentur: et erunt eunuchi
 in palatio regis babilonis. Dixit
 ezechias ad ysaiaſ. Bonus sermo
 dñi quem loquutus est. Sic tantū
 pax et ueritas in dieb; meis. Reli-
 qua autē sermonum ezechie et
 omnis fortitudo eius. et quomodo
 fecerit piscinam et aque ductum

et introduxerit aquas in ciuitate.
 nonne hec scripta sunt in libro
 sermonum dierum regum iuda:
 Dormiuitq; ezechias cum patrib;
 suis: et regnauit manasses filius
 eius pro eo. Duodecim annorum
 erat manasses cum regnare cepisset: et quinquaginta quinque annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius aphsiba. Fecitq; malum in conspectu dñi iuxta idola gentium: que deleuit dñs a facie filiorum isrl. Conuersusq; et edificauit excelsa que dissipauerat ezechias pater eius: et erexit aras baal. et fecit lucos sicut fecerat abab rex isrl. et adorauit omnem militiam celi. et coluit eam. Extruxitq; aras in domo dñi: de qua dixit dñs. in hierusalem ponam nomen meum. Et extruxit altaria uniuerse militie celi in duob; atrijs templum dñi: et cñs duxit filium suum p ignem. et ariolatus est. et obseruauit auguria. et fecit phytones. et aruspices multiplicauit. ut faceret malum coram dño. et irritaret eum. Posuit quoq; ydolum luci que fecerat in templo dñi: sup quo loquutus est dñs ad dauid. et ad salomonem filium eius. in templo hoc et in hierusalem quam elegi de cunctis tribub; isrl. ponam nomen meum in sempiternum. et ultra non faciam commoueri pedem isrl de terra quam dedi patrib; eoru. sic tamen si custodierint ope

omnia que precepi eis. et uniuersam legem quam mandauit os seruus meus moyses. Illi uero non audierunt: sed seducti sunt a manasse ut facerent malum. sup gentes quas contriuit dñs a facie filiorum israhel. Loquutusq; est dñs in manu seruorum suorum ipharum: dicens. Quia fecit manasses rex iuda abominationes istas pessimas. sup omnia que fecerunt amorrei ante eum. et peccare fecit etiam iudam in immunditijs suis: propterea hec dicit dñs deus isrl. Ecce ego inducam malum sup iherusalem et iudam: ut quicumq; audierit tremant ambe aures eius. Et extendam sup iherusalem funiculum samarie et pondus domus abab: et delebo iherusalem sicut deleri solent tabule. Delens uertam et ducam crebrius stilum sup faciem eius. Dimittam uero reliquias hereditatis mee. et tradam eas in manu inimicoru eius. eruntq; in uastitate et in rapina cunctis aduersarijs suis: eo quod fecerint malum coram me. et pseuerauerint irritantes me. ex die qua ingressi sunt patres eoru ex egypto. usq; ad diem hanc. Insup et sanguinem innoxium fudit manasses multum nimis. donec impleret hierusalem usq; ad os: absq; peccatis suis quib; peccare fecit iudam. ut faceret malum coram dño. Reliqua autem sermonum manasse et uniuersa que fecit et peccatum eius quod peccauit. nonne hec scripta sunt in libro sermo-

num dierum regum iuda: Dormi-
uitq; manasses cum patribus suis.
et sepultus est in orto domus sue.
in orto azam: et regnavit ammon
filius eius pro eo. Viginti et duorum
annorum erat ammon cum regnare cepis-
set: duobusq; annis regnavit in
hierusalem. Nomen matris eius
mesallemeth filia aruf de iethe-
ba. Fecitq; malum in conspectu do-
mini sicut fecerat manasses pater
eius: et ambulavit in omni via
per quam ambulaverat pater eius.
servavitq; unumunditatis quibus ser-
vierat pater suus et adoravit eas.
et dereliquit dominum deum patrum
suorum. et non ambulavit in
via domini. Cecideruntq; ei insidi-
as servi sui: et interfecerunt regem
in domo sua. Pertussit autem
populus terre omnes qui coniu-
rauerant contra regem ammon:
et constituerunt sibi regem iosi-
am filium eius pro eo. Reliqua
autem sermonum ammon que fecit.
nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum regum iuda:
Sepelieruntq; eum in sepulchro
suo in orto azam: et regnavit
iosias filius eius pro eo. Octo an-
norum erat iosias cum regnare ce-
pisset: et triginta uno anno reg-
navit in hierusalem. Nomen
matris eius idida filia phadaia:
de besechat. Fecitq; quod placi-
tum erat coram domino. etambu-
lavit per omnes vias david patris
sui: non declinavit ad dexteram

siue ad sinistram.

Anno autem octavo decimo regis io-
sie misit rex saphan filium asuam
filij mesullam scribam templi domini:
dicens ei. Vade ad helchiam sacer-
dotem magnum. ut confletur pec-
cuniam que illata est in templum
domini quam collegerunt ianitores
a populo: datur fabris per prepo-
sitos domus domini. qui et distribu-
ant eam his qui operantur in tem-
plo domini ad instauranda sartatecta
templi. tignariis videlicet et cemen-
tariis et his qui interrupta compo-
nunt. et ut emanentur ligna et lapi-
des de lapidicinis ad instaurandum
templum domini. Veruntamen non
suspectetur eis argentum quod acci-
piunt: sed in potestate habeant et
in fide. Dixit autem helchias pon-
tifex: ad saphan scribam. Librum
legis reperi: in domo domini. Deditq;
helchias volumen saphan: qui et
legit illud. Venit quoque saphan scri-
ba ad regem. et renuntiavit ei quod
preceperat: et ait. Conflauerunt
servi tui pecuniam que repta est
in domo domini: et dederunt ut distri-
bueretur fabris a prefectis operum
templi domini. Narravitq; saphan
scriba regi: dicens. Librum dedit
michi helchias sacerdos. Quem cum
legisset saphan coram rege. et audis-
set rex verba libri legis domini. scidit
vestimenta sua: et precepit helchie
sacerdoti et haiam filio saphan et
achobor filio micha et saphan scri-
be et asie seruo regis dicens. Ite et

consulite dñm sup me et sup popu-
 lo meo et sup omni iuda: de uer-
 bis uoluminis istius qđ inuentum
 est. Magna em̄ ira dñi succensa est
 contra nos: quia non audierunt
 patres nři uerba libri huius ut face-
 rent omne qđ scriptum est nobis.
 Ierunt itaq; helchias sacerdos et hai-
 am et achobor et saphan et asia.
 ad oldan propheten uxorem sellū
 filij thecuz filij aras custodis uestri
 que habitabat in hierusalem in se-
 cunda: loquuntq; sūt ad eam. Et
 illa respondit eis. hec dicit dñs
 dñs deus isrl. Dicit uero qui misit
 uos ad me. hec dicit dñs. Ecce ego
 adducam mala sup locum hunc
 et sup habitatores eius omnia uer-
 ba legis que legit rex iuda: quia
 dereliquerunt me et sacrificauē-
 runt dijs alienis. irritantes me in
 cunctis opib; manuū suarum. et
 succendetur indignatio mea in loco
 hoc et non extinguetur. Regi autē
 iuda qui misit uos ut consuleretis
 dñm: sic dicit. hec dicit dñs dñs
 isrl. Pro eo quod audisti uerba uo-
 luminis et per terram est cor tu-
 um et humiliatus es coram dño
 auditis sermonib; contra locum
 istum et habitatores eius. quod
 uidelicet fierent in stuporem et
 in maledictum. et scidisti uestimen-
 ta tua. et fleuisti coram me. et ego
 audiui ait dñs: ideo colligam
 te ad patres tuos et colligeris ad se-
 pulchrū tuū in pace ut non uide-
 ant oculi tui omnia mala que

introducturus sum sup locum istū.
 Et renunciauerunt regi quod di-
 xerat. Qui misit: et congregati sūt
 ad eum omnes senes iuda et hieru-
 salem. Ascenditq; rex templum dñi
 et omnes uiri iuda. uniuersi qui ha-
 bitabant in hierusalem cum eo. sa-
 cerdotes et pphetę. et omnis popl̄s
 a paruo usq; ad magnum: legitq;
 cunctis audientib; omnia uerba
 libri federis qui inuentus est in do-
 mo dñi. Stetitq; rex sup gradum.
 et percussit sedus coram dño: ut am-
 bularent post dñm. et custodirent
 precepta eius et testimonia et ceri-
 monias in omni corde et in tota ani-
 ma. et suscitarent uerba federis hu-
 ius que scripta erant in libro illo.
 Adquieuitq; popl̄s pacto. Et pre-
 cepit rex helchie pontifici et sacerdo-
 tib; secundi ordinis et ianitoribus
 ut picerent de templo dñi omnia
 uasa que facta fuerant baal. et in
 tuco. et uniuerse militię celi: et cō-
 buisset ea foris hierusalem in conual-
 le cedron. et tulit puluerem corū
 in bebel. Et deiecit aruspices qđ
 posuerant reges iuda ad sacrifican-
 dum in excelsis p ciuitates iuda.
 et in circuitu hierusalem: et eos
 qui adolebant incensum baal et
 soli et lune. et duodecim signis. et
 omni militię celi. Et efferni fecit
 lucum de domo dñi hierusalem
 in conualle cedron. et combussit
 eum ibi. et redegit in puluerem:
 et pexit sup sepulchra uulgi. De-
 struxit quoq; ediculas effeminato

rum que erant in domo dñi: pro quib; mulieres texebant quasi domunculas laci. Congregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatib; iuda. et contaminauit excelsa ubi sacrificabant sacerdotes de gabaá usq; bethsabee: et destruxit aras portarum in introitu ostij ioseph principis ciuitatis quod erat ad sinistra portę ciuitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorū ad altare dñi in hierusalem: sed tantum comedebant azima in medio fratrum suorum. Contaminauit quoq; thofeth qđ est in conualle filij ennom: ut nemo consecraret filium suum aut filiam pignem moloch. Abstulit quoq; equos quos dederant reges iude soli in introitu templi dñi: iuxta extram nathanmelech eunuchi qđ erant in farurim. Currus autem solis: combussit igni. Altaria qđ que erant sup terra cenaculi achaz. que fecerant reges iuda et altaria que fecerat manasses in duob; atrijs templi dñi destruxit rex: et cucurrit inde et dispersit cinerem eorum in torrentem cedron. Excelsa quoq; que erant in hierusalem ad dexteram partem montis offensionis que edificauerat salomon rex israhel. et astharoth idolum sydoniorum. et chamof offensionē moab. et melchom abhominaciones filiorū ammon polluit rex. et conuertit statuas. et succidit lucos: repleuitq; loca eorū

ossib; mortuorum. Insuper et altare quod erat in bethel et excelsum qđ fecerat hieroboam filius nabath qui peccare fecit isrl. et altare illud excelsum destruxit atq; combussit et comminuit in puluere: succenditq; etiam lucū. Et conuersus iosias uidit ibi sepulchra que erant in monte: misitq; et tulit ossa de sepulchris et combussit ea sup altare. et polluit illud iuxta uerbum dñi quod loquutus est uir dei qui predixerat uerba hec et ait. Quis est titulus ille quem uideo? Responderuntq; ei quę illius urbis. Sepulchrum est hominis dei qui uenit de iuda: et predixit uerba hec que fecisti sup altare bethel. Et ait. Dimitte eum: nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius: cum ossib; pphete que uenerat de samaria. Insuper et omnia fana excelsorū que erant in ciuitatib; samarie. que fecerant reges israhel ad iritandum dñm. abstulit iosias: et fecit eis secundū omnia opa que fecerat in bethel. Et occidit uniuersos sacerdotes excelsorū qui erant ibi sup altaria: et combussit ossa humana sup ea. Reuersusq; est hierusalem: et precepit omni populo dicens. Facite phase dño deo urō: secundum qđ scriptum est in libro federis huius. Nec enī factum est phase tale adiebus iudicium qui iudicauerunt isrl. et omnium dierum regū isrl. et regum iuda: sicut in octauode

cimo anno regis iosie factum est pharse istud dño in hierusalem. Sed et phychones et ariolos et figuras ydolorum et immundicias abhominacionesq; que fuerunt in terra iuda et hierusalem abstulit iosias: ut statueret uerba legis que scripta sunt in libro que inuenit helchias sacerdos in templo dñi. Similis illi non fuit ante eum rex qui reuertetur ad dñm in omni corde suo. et in tota anima sua. et uniuersa uirtute sua iuxta omnem legem moyfi: neq; post eum surrexit similis illi. Verũ tamen non est auersus dñs ab ira furoris sui magni quod iratus est furor eius contra iudam: ppter irrationes quib; prouocauerat eum manasses. Dixit itaq; dñs. Etiam iudam auferam a facie mea sicut abstuli israhel: et picam ciuitatem hanc quam elegi hierusalem. et domũ de qua dixi. erit nomen meũ ibi. Reliqua autẽ uerba iosie et uniuersa que fecit. nonne hec scripta sũt in libro sermonũ dierum regũ iuda:

In diebus eius ascendit pharao nechao rex egypti contra regẽ assyriorũ ad flumen euphraten: et abiit iosias rex in occursum eius. et occisus est in mageddo cum uidisset eũ. Et portauerunt eum serui sui mortuum de mageddo. et portauerunt in hierusalem: et sepelierunt in sepulchro suo. Gultq; poplũ terre iohaz filium iosie et unxerunt eum: et constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorũ erat

iohaz. cum regnare cepisset: et tribus mensibus regnauit in hierusalem.

Nomen matris eius amichal: filia hieremie de lobna. Et fecit malũ coram dño: iuxta omnia que fecerant patres eius. Vinxitq; eum pharao nechao in reblatha que est in terra emath. ne regnaret in hierusalem: et imposuit multã terrẽ centum talentis argenti et talento auri. Regemq; constituit pharao nechao eliachim filium iosie pro iosia patre eius: uerũq; nomen eius ioachim. Porro iohaz: tulit et duxit in egyptum. Argentum autẽ et aurum dedit ioachim pharao ni cum indixisset terrẽ p singulos ut conferretur iuxta pceptum pharaonis: et unumquemq; scdm uires suas exegit tam argentũ quã aurũ de populo terrẽ ut daret pharaoni nechao. Viginti quinq; annorum erat ioachim cum regnare cepisset: et undecim annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius zebida filia fadaia de ruma. Et fecit malum coram dño: iuxta omnia que fecerant patres eius. In diebus eius ascendit nabuchodonosor rex babilonis. et factus est ei seruus ioachi tribus annis: et rursus rebellauit contra eum. Immisitq; ei dñs latrunculos chaldeorum. et latrunculos syrie. latrunculos moab. et latrunculos filiorũ ammon. et misit eos in iudã: ut disperderent eã iuxta uerbum dñi quod loquutus erat p seruos suos pphetas. Factum

est autē hoc puerbum dñi contra iudam: ut auferret eum coram se ppter peccata manasse uniuersa que fecit. et ppter sanguinē innoxium quē effudit et impleuit hierusalem cruore innocentū. et ob hanc rem noluit dñs piciari. Reliqua autē sermonum ioachim et uniuersa que fecit. nonne hec scripta sunt in libro sermonū dierum regum iuda: Et dormiuit ioachim cum patrib; suis: regnauitq; ioachim filius eius pro eo. Et ultra non addidit rex egyp̄ti: ut egredereur de terra sua. Tulerat enim rex babilonis a riuo egyp̄ti usq; ad flumen euphraten omnia que fuerāt regis egyp̄ti. Decem et octo annorū erat ioachim cum regnare cepisset: et trib; mensib; regnauit in hierusalem. Nomen matris eius nesthā: filia elnathan de hierusalem. Et fecit malū coram dño: iuxta omnia que fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui nabuchodonosor regis babiloniorū in hierusalem: et circumdata est urbs munitiomb;. Venitq; nabuchodonosor rex babilonis ad ciuitatem cū seruis eius: ut oppugnarent eam. Egredisusq; est ioachim rex iuda ad regem babilonis ipse et mater eius. et serui eius. et principes eius. et eunuchi eius: et suscepit eum rex babilonis. anno octauo regni sui. Et portulit inde omnes thesauros domus dñi. et thesauros domus regie: et concidit uniuersa uasa aurea que

fecerat salomon rex isrl̄ in templo dñi iuxta uerbum dñi. Et transtulit omnem hierusalem. et uniuersos principes. et om̄s fortes exercitus decem milia in captiuitatem: et omnem artificem et clusorem. nichilq; relictum est exceptis paupib; populi terre. Transtulit quoq; ioachim in babilonem. Et matrem regis. et uxores regis. et eunuchos eius. et iudices terre duxit in captiuitatē de hierusalem in babilonem: et om̄s uiros robustos septem milia. et artifices et clusores mille. omnes uiros fortes et bellatores. Duxitq; eos rex babilonis captiuos in babilonem. Et constituit matthaniam patrum eius pro eo: imposuitq; nomen eius sedechiam. Vicissimum et primum annum etatis habebat sedechias cū regnare cepisset: et undecim annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius amichal: filia hieremie de lobna. Et fecit malum coram dño: iuxta omnia que fecerat ioachim. Irascebatur enim dñs contra hierusalem. et contra iudam: donec proiceret eos a facie sua. Recessitq; sedechias a rege babilonis.

Factum est autē anno nono regni eius mense decimo. decima die mensis. uenit nabuchodonosor rex babilonis ipse et omnis exercitus eius in hierusalem: et circumdederunt eam. et extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas atq; uallata usq; ad undecimum annum regis sedechie: nona die men-

sis. Preualuitq; fames in ciuitate: nec
 erat panis populo terre. Et inter-
 rupta est ciuitas: et omnes uiri bel-
 latores nocte fugerunt per uiam por-
 te que est inter duplicem murum
 ad ortum regis. Porro chaldei obfi-
 debant in circuitu ciuitatem. Fu-
 git itaq; sedechias p[er] uiam que du-
 cit ad campestria solitudinis: et p[er]-
 sequutus est exercitus chaldeorum re-
 gem. comprehenditq; eum in plani-
 tie hiericho. Et omnes bellatores q[ui]
 erant cum eo dispersi sunt: et relique-
 runt eum. Apprehensum ergo regē:
 adduxerunt ad regem babilonis
 in reblatha. Qui loquutus est cū eo
 iudicium. Filios autē sedechie occi-
 dit coram eo. et oculos eius effodit:
 unxitq; eum chathenis. et adduxit
 in babilonem. Mense quinto septi-
 ma die mensis ipse est annus nonus
 decimus regis babilonis. uenit na-
 buzardan princeps exercitus seruis
 regis babilonis hierusalem: et suc-
 cendit domum dñi et domū regis.
 et domos hierusalem. Omnemq; do-
 mū igne combussit: et muros hie-
 rusalem in circuitu destruxit omnis
 exercitus chaldeorum qui erat cum
 principe militū. Reliquā autem po-
 puli partē que remanserāt in ciui-
 tate et p[er]fugas qui transfugerant
 ad regem babilonis. et reliquum
 uulgi transfudit nabuzardan
 princeps militie: et de pauperibus
 terre reliquit uinitores et agrico-
 las. Columnas autem gr[æ]as que
 erant in templo dñi. et bases et

mare creum quod erat in domo dñi
 confregerunt chaldei: et transtule-
 runt es omne in babilonem. Ollas
 quoq; gr[æ]as. et trullas. et tridentes.
 et scyphos. et mortariola. et omnia
 uasa gr[æ]a in quib; ministrabant. tu-
 lerunt. Necnon turibula. et fialas.
 que aurea aurea. et que argentea
 argentea. tulit princeps militie: id
 est columnas duas. mare unū. et
 bases quas fecerat salomon in tēplo
 dñi. Non erat pondus gr[æ]is: omniū
 uasorum. Decem et octo cubitos alti-
 tudinis habebat columna una: et
 capitellum creum sup se altitudinis
 trium cubitorū et retiaculum. et
 malogranata sup capitellum colūp-
 ne omnia gr[æ]a. Similem et colūp-
 na secunda: habebat ornatum. Tu-
 lit quoq; princeps militie saraiam
 sacerdotem primum. et sophoniā
 sacerdotē secundum. et tres ianito-
 res. et de ciuitate eunuchū unum.
 qui erat prefectus sup uiros bellato-
 res. et quinq; uiros de his qui stete-
 rant coram rege quos repperit in ci-
 uitate. et sopher principem exerci-
 tus qui p[ro]babat tyrones de populo
 terre. et sex uiros euulgo qui in-
 uenti fuerant in ciuitate. Quos
 tollens nabuzardan princeps mili-
 tum: duxit ad regem babilonis in
 reblatha. Percussitq; eos rex babilo-
 nis. et interfecit in rebblatha: in
 terra emath. Et translatus est iuda
 de terra sua. Populo autē qui reli-
 ctus erat in terra iuda. quem dimi-
 serat nabuchodonosor rex babilo-

nis: prefecit godoliam filium aicham
filij saphan. Quod cum audissent
omnes duces militum ipsi et viri q̄
erant cum eis. uidelicet quod con-
stituisset rex babylonis godoliam:
in maspha uenerunt ad godoliam.
ismahel filius nathanie. et ioha-
nan filius caree. et saraia filius ta-
namech nechophatice. et iezonias
filius machathi. ipsi et socij eorum.
Iurauitq; eis godolias et socij eorum:
dicens. Nolite timere seruire chal-
deis. Manete in terra et seruite re-
gi babylonis: et bene erit uobis.
Factum est autē in mense septimo
uenit ismahel filius nathanie filij
chisama de semine regio. et decem
uir cum eo: percusseruntq; godoli-
am. Qui mortuus est. Sed et iude-
os et chaldeos: qui erant cum eo
in maspha. Consurgensq; omnis
popl̄s a paruo usq; ad magnum
et principes militum uenerunt
in egyptum: timentes chaldeos.
Factum est uero in anno tricesimo
septimo transmigrationis ioachi
regis iude. mense duodecimo. ui-
cesima septim̄ die mensis. subleua-
uit eum merodach rex babylonis
anno quo regnare ceperat caput
ioachim regis iude de carcere. et
loquutus est ei benigne: et posuit
thronum eius sup̄ thronum regū
qui erant cum eo in babylone: et
mutauit uestes eius quas habue-
rat in carcere. Et comedebat panē
semp in conspectu eius cunctis die-
bus uite sue. Annonam quoq; con-

struit ei absq; intermissione: que
et dabatur ei a rege per singulos
dies omnib; dieb; uite sue.

Explicit malachi in id est RE-
GVN LIBER QVARTVS. HABET. V

numero duo milia. ducentos. quinquaginta.
H. II. CC. L.



